



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XXVI. Die Ianvarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

tellexit. Vnde cum sibi suprema parari videret Medicis obnunciantibus, diserte affirmavit se non nisi duodeci-

mo post die de vita cessurum. Verum dixisse mors 12. post die obita affirmavit.

## XXVI. DIE IANVARIJ.

P. ANTONIVS  
CORDOVA.P. MELCHIOR  
VITRIMONTANVS.

Hispanus  
Oropese.  
26. Jan. 167.

Vocatio.

Humilitas.

**C**omitum de Feria filius, & Academiae Salmanticae Rector, quod munus non nisi excelsae nobilitatis est. Hic Beati Borgiae consobrini sui exemplo ad Societatem venit, cum Iulius III. Pont. Caroli Caesaris rogatu, illum in Cardinalium Collegium veller adlegere. Cordubensis Collegij rem opibus suis constabiliuit, Fundatoris nomine non admissio. Illud cum regeret, abdicato rectionis magistratu, infimae classis Grammaticae operam suam vt addiceret impetrauit. Fuit, eum obsonator e scholis euocatum sporta oneravit, & carnis frustum non minoris quam sex argenteis nummis vendendum ei imposuit. Immoderatum in consuetumque pretium alijs stomacho, pueris cachinno, Antonio rubori, venditor ipse ijs, qui eum norant admirationi fuit. Vir fuit quem ad praecelara humilitatis exempla edenda videtur Societati donasse bonus Deus. De hac apposite, ac persaepe qua palam ad socios, qua priuatim dicebat. A vino penitus abstinebat. Oraturos ad fiduciam cohortabatur: cogitarent se ad Patrem ire. Orandi quoque arte praestans, singulis noctibus vna hora orabat, etiam valetudine iam attrita. Post mortem conspectus est mirabili splendore illustris, vt perhibent.

Mortif.

Oratio.

Mors.

**H**ic tristi stomachi fastidio inediaeque confectus est. Summa illius & perpetua laus fuit humilitas, ac labor in confessionum auditione assiduissima, & praelo subiectis libris corrigendis impensus. In elementis primae litteraturae tradendis ipsos viginti annos pari acuratione ac patientia fructuque consumpsit, decore in puluere se versari ratus, & semper ad illa officia quae contemptioni obnoxia sunt perseueranter propensus, dum 72. aetatis anno miseranda inedia, sed laeta patientiae insignis excellentate requieuit a laboribus suis.

Bohemus  
Monachij.  
26 Jan. 1614.

Humilit.

MELCHIOR DE  
SEQVEIRA COAD.

**A**D SS. Synaxim percipiendam tantam se apparatione componere, quasi ea prima esset, vel vltima. Charitatis, paupertatis, ac silentij longè studiosissimus: & quod illi cum paucis commune est, adeo amans cubiculi religiosaeque quietis, vt e Domino Professorum, in qua habitabat, per ipsos 30. annos nunquam exierit; ne quidem ad Collegium, aut ad Domum probationis. Optabat stans, id est laborans, mori; vt nulli esset molestus in morbo aut morte. Impetrauit. Etenim illicd atque sacro ministravit 26. Ianuarij, morbo correptus, in lectulum depositus, vinctus, consuetis morientium

Instrans  
Vlyssiponae.  
26. Jan. 1636.  
aet. 77.  
Soc. 52.  
Euchar.

Mortif.

Silentium.

Sacrum.

Mors.

tium precibus Deo commendatus, extinctus est. Creditur diuinitus certior fuisse factus de sua morte; quam incredibilis populi de illius sanctimonia existimatio est consecuta.

IGNATIVS SOIER  
SCHOLASTICVS.

Germanus  
Ingolstadij.  
26. Ian. 1647

PRO Collegio Ingolstadiensi se victimam obtulit DEO, desiderans

XXVII. DIE IANVARIJ.

IOANNES DE P. STEPHANVS  
BRIONES COADIUT. TYCCIYS.

Hispanus  
Nacalcar-  
neri. 27.  
Ian. 1580.  
B. V.  
V. catio.

Mortif.

Oratio.  
Noct.

EPastorculo Coadiutor factus est; illatâ secum in Societatem, à qua nutu capitis vocari sibi aliquando visus erat, Beatissimæ Matris imagine, quam in culina, in qua per annos 16. laborabat, collocavit. Eâ in arte se apprimè perfecit, speculum Nouitiorum factus, & tentatorum firmamentum. Quotidie in se flagellis voluntariâ sæuitiâ animaduvertebat. Sabbathi ieiunio & creberrimis alijs, orandi assiduitate, labore improbo, salutariâ illâ suâ quoties culinam ingrediebatur, vel egrediebatur imagine, superatis daemone, quem videbat, & à quo percutiebatur, & cum ad se flagellandum noctu consurgeret, variè tumultuantem audiebat, terribilium lamentis, futurorum ex vero prædictione, mirabili extasis instar silentio cum Sanctissimo viatico accipiendo se compararet moribundus, humilitate denique incomparabili, mirabilis, omnium fuit exemplum & viua lex.

vnus mori pro omnibus, si pestis gliscens Collegium quoque inficeret. Voto posita est adeo flagrans charitas. Etenim Ingolstadiensi Collegio vndequaue saluo, vnus ille, velut piacularis victima decessit; Contagione nullâ in Collegio subsecutâ.

Charitas.

VIr ingenio ad vsque admirationem, sed sui affligendi, ac dolores tolerandi maiore fortitudine stupendus. Totis annis nunquam vestes ponebat, nisi cum sæuire in se vellet; id quod singulis noctibus factitabat, se ab humeris ad pedes vsque atque inde sursum ad humeros vsque, vndequaue diuerberans. Somnus illi super nudo asserere, nec vltra quinque horas productus; cum quinas alias orandi assiduitati daret flexis genibus in medio sui cubiculi. Euata illi in ceruice natta ad capitis molem intumuit; & neruos, gulam, os ita contraxit, vt semicadaver, ac miserandum dolorum spectaculum ægerrimè respiraret, ac famem non aliter posset quam odore calidi panis, & coctarum carniū quoquo modo solari, seu potius cruciare. Et tamen premebat dolores tam longæ mortis magno sanctoque silentio, IESVM tantum ac MARIAM ingeminans; ac testatus libenter, libenter se & hæc, & his decuplo acerbiora, adeoque vel æterna Purgatorij carceris tormenta pro suo

Italus Romæ. 27. an. 1597.  
Mortif.

Noct.

Patientia.

Amor Dei  
erga